



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ITINERARI[I] || ITALIAE || RERVMQ. ROMANARVM || LIBRI
TRES ||**

Schottus, Franciscus

Antverpiae, 1600

De Tiberis inundatione, ac tuenda Romæ valetudine, ac vini generibus
quæ Romæ bibuntur. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70633)

Catholica, & sancta Romana Ecclesia inimicos: utiq; per ipsum vim aequitatis bonorum ad tutelam exerceat; molem iniquitatum malaram ad vindictam pariter euertat: Princeps è dextra summi Pontificis munus acceptans, veneratur ex more CHRISTI in terris Vicarium, Latinis verbis pro tanto honore gratias agit immensas: testatus Superos, sibi nihil magis in votis esse, quàm vt diuina suffragante clementia, posset vel ex parte summi Pontificis, totq; Procerum exspectationi satisfacere. Gladium deinde nobili ministro suo deferendum tradit: qui ante Crucis sanctæ signum donum illud gestat, dum è sacrario summus Pontifex deducitur. Tum valedictis post factam congratulationē Cardinalibus cum Legatis, Princeps, cui gladius cum galero præfertur, à castri Angelici Præfecto, Palatij item magistro, omnique adeo nobilitate familiaque Pontificia, & satellitio Palatino st: patus, magna cum pompa, & tympanorum sonitu, tubisque præcinentibus per porticum miliariam è Palatio domum deducitur.

DE TIBERIS AVCTV,

CAP. XIII.

ANNO CHRISTI

M. CCC. LXXIX. 9. die Nouemb. ad tres cubitos flumen creuit. Signum apparet ad S. Mariam supra Mineruam

1422. die festo S. Andreæ, sub Martino v. Pont. creuit altius cubito sesquialtero.

1476. Sixto IIII. sedente aluco excessit die VII. Ianuarij.

1495.

1495. mense Decembri, Alexandro VI. PP.
anno III. altitudine IIII. pedum. Iterum
Leone X. Pont. Max. excreuit.

1530. CLEMENTE VII. Pont. Max.
anno VII. VIII. Id. Octob. altitud. XXIII.
pedum à terra creuit. Signum ad S. Eusta-
chium ostenditur, & in pariete iuxta templum
B. Mariæ populi, ad portam Flaminiam, è re-
gione obelisci. Rursum in castro S. Angeli
lignum posuit Guido Medices arcis præfectus.

1542. Vt carmine Marius Mulfa eleganti
testatur,

*Auctus aquis, rapidoq; trahens se gurgite, ciues
Terrebat canis. Albula verticibus, &c.*

1598. IX. Kal. Ianuarij CLEMENTIS VIII.
anno VII. Pōtificatus, Tiberis extra alucū elatus
tantā Vrbi stragem dedit, vt nullam post homi-
num memoriam maiorem. Pōtifice iam triduo
Ferraria, quam receperat, sedi que reddidit Apo-
stolicæ, reduce, & saluo. Adeò verè sapiens,
extremum gaudij luctum occupare. At qua
est pietate beatiss. Pater, pro anno sæculari sacro
Iubileij millesimi & sexcentissimi instaurat
omnia, domosque eluione euerfas exædifi-
candas curat.

DE TVENDA ROMAE

VALETVDINE

Scrisit eruditè Alexander Petronius, medi-
cus Romanus, &, ni fallor, Hieronymus
Mercurialis quædam in Variis lectionibus, &
Marsilius Cagnatus Veronensis, Romanus me-
dicus, libello, de ordine in cibus seruando, ad
IIII. Variarum lect. libros, aliique Romæ
extabunt.

Cæ-

Cælum Romanum graue, intemperans:
quare diluculo, & in crepusculo ne prodeas,
nisi Sole splendente.

In æde sacra S. MARIÆ supra Mineruam
hæc leguntur ad vitandam Romæ
inualetudinem.

*Enscat insolitos residentes pessimus aër
Romanus; solitos non bene gratus habet.
Hic tu quo viuas, lux septima det medicinam,
Absit odor fœdus, sit q̄ labor leuior.
Pelle famem, frigus: fructus, femur q̄ relinque.
Nec placeat gelido fonte leuare sitim.*

VINA ITALICA, QUÆ
ROMÆ BIBVNTVR.

ROmani, & tota curia vina bibunt optima,
& non contemnenda. Sunt autem:
Vin Græco di somma opt. albi coloris in Vesu-
uio Campaniæ oppido nascens.
Chirello album Neapolitanum acre.
Latino della torre album Neapolitanum me-
diocre.
Asparino Neapolitanum album stipticum.
Mazzacan album Neapolitanum tenue.
Græco de Ischia Campan. ex Inarinz Insula
optimum.
Salerno nigrum, bonum.
Sanseuerino album & nigrum, bona vtraque.
Corso de Elba album
Corso de Branda album } grauia.
Corso de Loda album
Da Riuiera ex Liguria album & nigrum.

Gilesi

Gilefi album & nigrum
 Ponte Reoli album ex agro
 Genuensi
 Muscatello di Sarnia coloris } tenuia salubria.
 medij
 Vindellia Taia album Ge- }
 nuense,

Lacryma nigrum optimum.
 Romanesco album tenue varij saporis.
 Albanum album & nigrum.

De S. Paulo album
 De Franza nigrum
 Salinum album & nigrum } mediocria
 Tyburinum & Veliternum cocta }
 Signium de Segno

Mania guerra nigrum optimum.
 Castel S. Gangolpho album optimum:
 Della Ricia album optimum tenue.

Raspada est secunda expressio ex vuīs.
 Maluasias ex Creta.
 Muscatellum & vinum de Taglia optima &
 præcellentia.

Ceterum de diuersorum Vini generum natura
 Italici Medici quoque scribere.

Iacobus Præfectus, Netinus, Venetiis 1559.
 Io. Bap. Confalonarius Veronensis, Basil. 1535.
 Andreas Baccius, Romæ 1597.

Sed vt à laudatione Urbis ROMÆ incepti,
 sic Enam.

F

V R.

VRBIS ROMAE ENCOMION.

Fausti Sabzi Brixiani.

MArtia progenies, qua montibus excitas vr-
bem,

Ciuihus & ditat, coniugibusq; beat:
Tutaturq; armis, Patribus dat iura vocatus
Iam repetit calum post data iura Ioui.
De nihilo imperium ut strueres te hac Romule
causa,
Gignis, alit, seruas, Mars, lupa, Tiberis aqua.

I V L I I C A E S A R I S

S C A L I G E R I .

VOs septemgemi, caelestia pignora, montes,
Vosq; triumphali moenia structa manui
Testor, adesto, audite sacri commercia cautes,
Et Latios animos in mea vota date.
Vobis, dicturus meritis illustribus Vrbes
Has ego primitias, primaq; sacra fero.
Quin te vnā laudans, omnes comprehenderit
orbem,
Non Vrbes, qui te nouerit, ille canot.

I T 12